

deductionibus imaginationem juvent. Quod si porro diligentiam in corrigendis mendis ac Typothetarum erroribus desideraverit, eam equidem neutiquam defuisse nobis velim credat, ac alias subesse causas, qua menda compluria passa sint subrepere; locorum scilicet interval- lum, quod singulos quaterniones pluribus unâ vicibus sub conspectum nostrum venire non permittebat, ac nimiam tandem Typographi in absolvendo opusculo, cum imminerent nundina, festinationem, qua sphalmata procul dubio plurima, è postremis praesertim quaternio- nibus tollenda, oculum fugitivum fecit praterire, quo- rum adeò emendatio B. Lectoris industria ac patientia committenda est.

Deniq̃, cum nova illa modernorum Philosophorum hypotheses, quibus in explicandis novis Phenomenis & experimentis usi sumus, ab adversa parte multis ma- gnisq̃ difficultatibus urgerentur, ac novissima quaedam inprimis Viri Clarissimi Henrici Mori, non satis circum- spectorum oculos perstringere posse viderentur, essentq̃ praeterea hinc inde quaedam in nostris Phenomenis & conclusionibus, quae lucis aliquid affundi sibi desidera- rent; ingrata haut futura speravimus ea, quae singulis Tentaminibus, parte Opusculi posteriore subjecimus, au- ctaria: de cetero **LECTORIS NOSTRI** Benevo-  
len-